



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

III. Appallatio inter litigantes tantum est inhibita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO CHRISTI 1179. quare sibi exinde, absente abbe, & ignorante, respondere episcopo nullatenus tenebatur. Vnde ad nostram appellavit audientiam: sed prædictus episcopus, quod vix credere possumus, appellationi non deferens, abbe absente & ignorante, & non citato, ecclesiam ipsam prædicto \* Vu. adiudicauit; in quo facto prædictus abbas & fratres se asserunt esse grauatos. Quia vero sollicitudini nostræ incubuit, viris ecclesiasticis, & præcipue religioni & honestati redditis, iura sua integra seruare, & id quod inter alios actum fit, aliis præjudicare vel nocere non debet, discretioni vestræ, &c. quatenus partibus ante præsentiam vestram convocatis, si vobis ita esse constititerit, præfato abbati & fratribus præscriptam ecclesiam, cum fructibus inde perceptis, amoto eo qui in eadem ecclesia intrusus est, nostra auctoritate freti, occasione & appellatione cessante, restitui faciatis. Restitutione autem facta, si de proprietate forte agere voluerint, causam audiatis, & eam, mediante concordia vel iudicio, sublato appellationis remedio terminetis.

Supra, de spoliatis.

### CAP. III.

*Idem decano Lincolnensi & abbatu de Riuallis.*

Accepta conquestione P. clerici, quod violenter ecclesia de Procebrant fuisse spoliatus, discretioni vestræ per A. S. præ. si bene meminimus, dedimus in mandatis, vt si per officiales venerabilis fratris nostri Eboracensis archiepiscopi apostolicae sedis legati, ex concessione ipsius in eadem ecclesia fuisse institutus, & inde per violentiam electus, eam sibi auctoritate nostra restitui ficeretis. Quibus cognitis, responsum est sicut nobis.

---

DE SEPVLTVRIS,  
ET DEFVNCTORVM VOLVNTATIBVS.

PARS  
XLIII.

CAP. I. *Item Paschalis secundus.*

**V**OLVMVS, ac iuxta Canonum sententiam nobis probabile videtur, ut sicut morienti conceditur, rerum suarum iudicium facere quocumque loco sibi placuerit, sic nimirum iustum est, sui corporis licentiam habere eli-

*Concil. Tom. 27.*

SCC ij